

ecclesiam in ipsius sanctae Crucis festis nec non in festivitibus nativitatis beati Johannis baptistae et in dedicatione ipsius ecclesiae aut per octavas praedictarum festivitatum causa devotionis peregrinationis vel orationis accesserint aut qui in serotina pulsatione campanae flexis genibus ter Ave Maria devote dixerint, vel qui in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum nec non qui ad fabricam luminaria ornamenta praeparamenta et alia dictae ecclesiae et altarium necessaria et ad reparationem structuram et reformationem praedicti pontis manus porrexerint adiutrices aut qui pium opus reparationis ipsius pontis verbo vel opere efficaciter promoverint, cum ad communem utilitatem viatorum transeuntium reparatio pontis praedicti non solum sit commodosa immo summe necessaria, magnitudine ac impetuositate fluminis praedicti ut frequenter naufragia et periclitationem hominum et rerum faciente, ad quod itaque pium opus complendum et periculis huiusmodi obviare ex hoc praecepto evangelico et mandato videlicet alter alterius onera portate ammonitione condigna sufficientique inducimur et specialiter in tam laudabilibus et necessariis operibus communem hominum utilitatem facientibus modis quibus possumus eorum compatiens incommodis fideles Christi complendis curaque pervigili nec non attenta sollicitare, ut hiis et aliis bonis quae inspirante domino fecerint ad aeternam felicitatem pervenire mereantur, de omnipotentis dei misericordia, beatorum Petri Pauli aliorumque apostolorum et omnium sanctorum meritis confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. [In cuius]¹⁾ rei testimonium praesentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Avinion. apud sedem apostolicam mense Septembris pontificatus domini Johannis papae XXII. anno tertio.

Et nos Johannes dei gratia ecclesiae Missenensis episcopus praedictam venerabilium in Christo patrum indulgentiam ratam et gratam habentes eamque auctoritate nostra diocesana confirmantes dei nomine per praesentes, addentes de nostro quadraginta dies indulgentiae et unam karenam iis, qui exhibuerint ad praedicta, dummodo confessi fuerint et contriti. Et in signum huiusmodi confirmationis nostrae sigillum nostrum praesentibus est appensum.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit 13 Siegeln an rothseidnen Schnüren. Das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel des B. Johannes von Meissen ist abhanden gekommen.

Weck Dresden S. 194. — Schramm hist. Schauplatz d. merk. Brücken. Urk. S. 4. — Hasche Urkundenb. S. 92. — Neubert Votr. S. 169.

1) Die Urk. ist an dieser Stelle beschädigt.

No. 36. 1319. 19. Oct.

Markgraf Friedrich der Freidige gelobt, die Bürger von Dresden bei allen Rechten und Ehren zu lassen, welche sie nach Recht und Billigkeit haben sollen und von Alters her gehabt haben.

Wyr Frederich von gotis gnadyn lantgreue zû Duryngen, marcgreue zû Mysne vnd in dem Osterlande vnd herre in dem lande zû Plyssen bekennen in disme